



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o. j.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

XXIII

terre. Egressus est itaque abraham sicut preceperat ei dominus: et iuit cum eo loth. **Lectio. ij.**
Septuagintaque annorum erat abraham: cum egredere de aram. Tulitque sarai uxorem suam: et loth filium fratris sui uniuersamque substantiam quam possederant: et aias quas fecerant in aram: et egressi sunt ut irent in terram chanaan. Cumque uenissent in eam: pertransiuit abraham terram usque ad locum sichein: et usque ad couallē illustrem. Chananeus autem tunc erat in terra. **Lectio. iij.**
Apparuit autem dominus abraham: et dixit ei. Semini tuo dabo terram hanc. Qui edificauit ibi altare domino quod apparuerat ei: et inuocauit ibi nomen eius. Et inde transgrediens ad montem qui erat orientem bethel tetendit ibi tabernaculum suum ab occidente habens bethel: et ab oriente hay. Edificauit quoque ibi altare domino: et inuocauit nomen eius. Perrexitque abraham uadens: et ultra progrediens ad meridiem. Tu autem. **Nocte. xvi. Lectio. i.**
Acta est autem fames in terra. Descenditque abraham in egyptum: ut pegrinaret ibi.

Preualuerat enim fames in terra. Cumque prope esset ut ingrederetur egyptum: dixit sarai uxori sue. Noui quod pulchra sis mulier: et quod cum uiderint te egyptii dicturi sunt: uxor illius est: et interficient me et te reseruabunt. Dic ergo obsecro te quod soror mea sis: ut bene sit mihi propter te: et uiuat anima mea ob gratiam tuam. Tu autem domine no. **Quoniam itaque Lectio secunda**
Ingressus esset abraham egyptum: uiderunt egyptii mulierem quod esset pulchra nimis. Et nunciauerunt principes pharaonis: et laudauerunt eam apud illum. Et sublata est mulier in domum pharaonis: abraham uero bene usus est propter illam. fueruntque ei oues et boues et asini et serui et famule et asine et cameli. Tu autem domine nostri mi. **Lectio. tertia.**
Flagellauit autem dominus pharaonem plagis maximis et domum eius propter sarai uxorem abraham. Uocauitque pharaon abraham: et dixit ei. Quidnam est hoc quod fecisti mihi. Quare non indicasti mihi quod uxor tua es. Quam ob causam dixisti